



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XLVI. Die Markgrafen Otto und Conrad fordern Jedermann auf, den Bürgern Stendals Hülfe und Beistand zu leisten, ihre Brandstifter zu verfolgen, am 9. September 1288.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

presentabit. Idem Sacerdos non habebit nec officiare debet aliud officium extra civitatem, sed in civitate altare solummodo jam dictum, et in civitate residenciam faciet personalem, et si de propriis rebus aliquid eidem altari adjicere voluerit, habebit ad plenum liberam facultatem. Dominica eciam secunda feria atque quarta missam debet dicere pro defunctis et ante missam ad populum memoriam facere debet omnium confratrum predecessorum et aliis diebus missam dicere potest qualemcunque. Dominicis eciam diebus memoriam faciet ad populum omnium confratrum, qui idem altare dotaverunt. Annis autem singulis quinta feria post communes assumere debet unum sacerdotem et quatuor scolares, et de suo proprio comparabit idem sacerdos quatuor candelas, duas libras cere continentes et memoriam fratrum vespere cum vigiliis, mane cum duabus missis animarum solemniter duximus peragendum et postmodum in ipso altari predicta lumina consumantur. Et si idem sacerdos se indecenter regeret detestabiles per excessus, quod abfit, quos Dominus Decanus et Consules criminaliter probare possent, ipsum destituere poterunt ab altari et proventibus universis et Consules medio tempore remunerabant sacerdotem, donec proprietatem predictorum fructuum poterunt comparare, et tunc nos prepositus et Decanus cum nostro capitulo aliud privilegium de novo scriptum tenorem prefecte continens omnium premisorum debemus nostris sigillis secundario communitie. Testes Dominus Adam Prepositus, Dominus Johannes Decanus, Dominus Godfridus Vlafmenger, Dominus Luderus Scholasticus, Dominus Philippus Custos, Dominus Reinerus Parochus, Dominus Bertoldus Stolpenfis Prepositus, Dominus Conradus Parochus, Dominus Thidericus de Osterren Cellerarius, Dominus Albertus de Revelde, Dominus Martinus de Crochern Canonici, et Conradus Hidde, Godescalcus de Yergowe, Godo de Sluden, Ghiso de Scadewachten, Gherardus Vlafmenger, Betto, Theodericus de Wegeleve, Henricus Wezzelier, Arnoldus de Stendal, Hinricus de Brunfwik, Henricus Hoyer, Heyno Nachtigale Consules, et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum Anno Domini MCCLXXXVIII, in die sancti Jacobi Apostoli.

Nach dem Abdrucke bei Lenz, Br. Urk. S. 138—141. — Das Original ist nicht wieder aufzufinden gewesen.

XLVI. Die Markgrafen Otto und Conrad fordern Jedermann auf, den Bürgern Stendals Hilfe und Beistand zu leisten, ihre Brandstifter zu verfolgen, am 9. September 1288.

Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses Marchiones, vniuersis Militibus suis et Armigeris, scultetis, Burgensibus et villanis salutem et omne bonum. Volumus strictius hoc mandantes, quatenus nostros burgenfes ciuitatis Stendale in presenti negotio non presumatis aliquatenus impedire, sed vbicunque suos incendiarios inuenerint, sub obtentu nostre gratie eosdem fideliter promoueat ad omnem iustitiam adiuvantes ope et opera efficaci. In hoc enim nobis exhibebitis obsequium gratiosum. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o. in crastino natiuitatis b. virginis gloriose.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsdarchives No. 23.